



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von
Erfurti, 1675**

V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

loqui fastuosè didicissent, Curiæ obtrusî, quæ & ipsa filiabus in dotem data. In fabulam abierat Reip. ærarium ollam esse mellariam, hujus dulcedine Senatores inscari, & contulisse felicitatis complemen-
tum in filios se credere, isti, si ollæ admo-
verint, facile viderunt Legati Cæsarei hos
esse, qui & Moguntina jura interverterint,
& depresso suspiria plebis in clamores coë-
gerint, † ideo Seniorum, ut dici volu- *Antiquari*
it, Collegium antiquarunt, ac postmo- *à Legatis.*
dum alia, quæ dicemus, circà Senatum
emendata sunt.

† Consiliarii Moguntini præter cætera *V.*
Eminentissimum restitui Electorem in eo *Moguntini*
petière, ut, sicutante motus factum, pro *pro Electore*
eo publicè preces decernerentur, ac è *preces publi*
Cathedra populo propositæ solenniter fie- *cas decerni*
rent. Hic ille scopulus fuit, qui cum Reip. *petunt.*
naufragium minitari videbatur, à sæculis
inter civiles miserias fluctuantem, felici-
tati primævæ restituit; ast non sine cruci-
atu remedium: † Senatus oratum ante
motus pro Electore negat, nec in eo resti-
tui posse, quod nunquam habuit. Mo-
guntini † Legatis testes ultrà triginta si-
stunt, qui ante bellum, præeunte sacro-
rum præcone, pro Electore oratum esse
afferunt, id sub Swicardo pariter & Fri-
derico agitatum. Convictus his Senatus
effugia quærere, in Ministerium rejicere,
Sacrorum libertatem prætendere: oras-
set ante bella pro Moguntino Civitas, id
Senatus re-
nuit.

Moguntini
causæ justi-
tiane Lega-
tis probant

Se-

Senatus mandato factum, cui sacra, illi
tusque ordinare ex pace religiosa comp-
tat. Jam imperari preces, & indici pro-
eo, qui rituum aliorum Præsul, illas pro-
nullis habet; id & libertati Religionis con-
trarium, & sacris suis ludibrium esse. †
Cives renitentiam Senatus averfati, scri-
ptum Legatis exhibuere, in quo obse-
quentes se declarârunt, dummodo per
Curiæ Dominatum possent, supplicatum
Numini pro Domino jam olim, salvâ id
religione, salva libertate factum, proin-
de & post hac se oratuos. Tentant Le-
gati spontaneam Senatus obedientiam,
tot effata testium, & maiores objiciunt.
Ille: versata archiva, pervoluta docu-
menta, id quidem, quod discussis inter
Moguntinum, & Urbem litigiis pro felici
transactione fuerit oratum, at pro Electore
preces nunquam reperiri. † Legati
partibus auditis, ea intentione & modo,
ut ante Germaniæ bellum, pro Electore
preces Civitas offerret, decrevère.

*Legati pre-
ces decer-
nunt.*

VI.
Diffidit Se-
natūs & Ci-
vium aggre-
diensur;

† Simul dissidia Senatus & Civium ag-
gressi, ac ne multitudo litigantium omnia
confunderet, nominare partes jussæ, qui
verbis aliorum loquerentur. Utraque
octo elegit suæ causæ oratores: Senatus
Hallendorstium, Bergerum, primos Con-
sules, & Geislerum Reip. Advocatum;
Cives Silberschlagum, & Limprechtum
nominarunt. Hos recenséo, quod potis-
simum studiis eorum, impetu, partim in-

con-